

eorum orphani et uxores eorum viduę^a; nutantes transferantur filii eorum et mendicent, eiciantur de habitacionibus suis; scrutetur foenerator^b omnem substantiam eorum et diripiant alieni labores eorum^c. Et iterum: Omnes qui dixerunt hereditate possideamus sanctuarium dei, deus meus pone illos ut rotam et sicut stipulam ante faciem venti^d amen. Sicut ignis qui comburit silvam et sicut flamma conburens montes, ita persequeris eos in tempestate tua et in ira tua turbabis eos^e; impleas^f facies eorum ignominia, ita ut erubescant et confundantur et pereant^g amen. Sintque maledictiones ille^h, quas dominus super filios Israel [f. 155] perⁱ Moysen^k promulgavit, super illos qui bona et villas sancti Petri depredantur; sintque maledicti in civitate, maledicti in agro et in omni loco amen. Maledicta celaria eorum, maledictus fructus ventris eorum et fructus terre^l eorum amen^m. Maledicta omnia queⁿ illorum sunt et maledicti egredientes et regredientes^o amen. Disperdat eos dominus de terra velociter amen. Percutiat eos dominus fame et siti, egestate frigore^p et febri, donec pereant amen. Tradat illos dominus corruentes ante hostes^q eorum amen. Sintque cadavera eorum in esca^r cunctis volatilibus^s celi et bestiis terre^t amen. [^uFiat mensa eorum coram ipsis in laqueum et in retributiones et in scan(dalum), obs(cu)rentur oculi eorum ne vi(deant) et dorsum eorum semper incurva^v. Effunde super eos iram tuam et fu(ror) ire tue comprehendat eos. Fiat habitatio eorum deserta et in taberna(culis) eorum non sit qui inhabitet^w. Appone iniquitatem super iniquitatem [eorum]^x et non intrent in iustitiam) tuam. Deleantur de libro viventium et cum iustis non scri(bantur)^y. Fiant tanquam pulvis ante faciem venti^z et angelus domini coarctans eos. Fiat via illorum tenebre et lubricum et angelus do(mini) persequens eos^a. Erubescant et revereantur simul, induantur confusi(one) et reverentia^b. Gladius eorum intret in corda ipsorum et arcus eorum confringatur^c. Cadat virtus eorum in iracundia tua, qui promittunt, se violare sancta tua^d. Erubescant et conturbentur in seculum seculi et confundantur et pereant, ut cognoscant, quia nomen

a) 'vidue' B. b) 'fen-' B. c) Vgl. Ps. 108, 9—11. d) Ps. 82, 13. 14. e) 'in ira — turbabis eos' fehlt A. f) 'imple' B. g) Vgl. Ps. 82, 15—18. h) 'ille' B. i) 'per' fehlt B. k) 'Moysen' fehlt B. l) 'terre' B. m) 'amen' fehlt B. n) 'que' B. o) 'ingredientes et egredientes' B. p) 'et fri-' B. q) 'h' übergeschrieben A. r) 'esca' B. s) 'volatibus' A. t) 'celi . . terre' B. u) Das in Klammern Eingeschlossene fehlt A. v) Ps. 68, 23—24. Vgl. Röm. 11, 9—10. w) Ps. 68, 25—26. x) 'eorum' fehlt B. y) Ps. 68, 28—29. z) Vgl. Ps. 1, 4. a) Ps. 34, 8—9. b) Ebd. 26. c) Ps. 36, 15. d) Judith 9, 11.